Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8200
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tristari et mestus esse et tuis dilectissimis
discipulis dixisti. Tristis est anima mea usq;
ad mortem. Sustinete hic et uigilate
mecum et orate ne intretis intentatione.
Spiritus quidem promptus est caro autem
infirma. Et progressus pusillum fleris
genibus cum magno pauore protrusisti
super terram in faciem tuam orans et
dicens Pater omnia possibilia sunt ti-
bi transfer hunc calicem a me. Ve-
rumtamen non quod ego uolo sed quod tu
fiat uoluntas tua. Et apparuit angelus
de celo confortans te. Sed pre nimia
mortis angustia factus in agonia proli-
xius orans. et factus est sudor tuus sanguinea
gutte sanguinis decurrentes in terram. Et
cum orasses tertio eundem sermonem et